



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XI. S. Kvnegvndis signo Crucis incendum restinguit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

C A P V T X I.

S. Kunegundis signo crucis incendium extinguit.

KVM post Orationis frequentiam inter lectionis laetitudinem ancilla Christi in lecto non plumis exstructo, sed cilicio strato, membra sopore grauata remisisset, puella sacrata, quae de more illi asidebat, sacros codices legens, cum ferè ad medium noctis lectionem extenderet, caligantes oculos clausit, lumenque è manibus illius prolapsum paleas corripiens, sui fragore circumiacentes sorores excitauit. Clamore ex concursu facto, Virgo Christi de somno excussa, dum colluctantes inter se, & concrepantes flamas circa se aspexit: ad orationis arma se conuertit, & signo Crucis adiunctionem illam absque omni suarum lassione vestium auertit. Tua sunt hæc, Christe, opera: qui olim Babylonum Regem in suo furore confudisti, & Chaldaicos ignes, ut pueri tui liberarentur illæsi, tua virtute extin-
xisti.

C A P V T X I I.

Exemplum severitatis in dissoluta vita Abbatissam.

DILUD miraculum tam stupendum, quam mirandum huic placuit inscribere, in quo animi illius constantiam, & rigoris severitatem discere poteris. Habuit secum sororis suæ filiam, * Utam nomine. Hanc à primis annis educatam, omni disciplina, secularium quoque literarum scientia instruxerat. *Hæc* mater terram non minus religionis, quam dilectionis amore secuta, & consecrata fuit. Quam in omnibus plenè instructam, ubi eius in orationibus vigilantiam, in ieiuniis perseverantiam, & ad omnia patientiam perspexit, omnium assensu & rogatu, primā in ipso cœnobio eam Abbatissam præfecit. Tum verò mater

filiam

* Hoffmannus
Iuditha vocat.

P 2